Cui jam et nunc intromissionem cum possessione per ministerialem et nobiles dicti officij acceptandam dant et admittunt. Submittendo se de omnibus bonis cum posteris suis memoratum donatarium et eius posteros occasione praemissorum ab omni impedimento iurico quamcunque personarum per omnes praescriptiones ...... defendere eximere et liberare et eosdem per se vel per submissas personas non iniuriare sub damnis Indebitis simpliciter taxatis ... coram officio praesenti peremptoria renunciando omnibus iuris remedijs et defensionibus legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ... abscribendo

## Eiusdem Obligatio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Alexander olim Joannis Olszanski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit, quia Nobili Matiae filio Pauli Olszanski et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in haereditate Olszanica consistentium in campo tres sulcos a Rowy ad viam Magistralem inter mitras fratrum sui Vladislai et Martini ...... cum agro ... et omnibus ... nullis exceptis in sex florenis pol. ad exemptionem obligavit ac inscripsit, cui jam ex nunc intromissionem cum possessione officij acceptandam admittit. Pacemque ...onem et evictionem omnimodam cavet ac se de bonis cum posteris suis inscribit sub vadio simili et coram officio praesenti peremptoria renunciando omnibus iuris remedijs et defensionibus se et suos successores ... abscribendo.

## Actum in Curia Regia Branscensi Sabbatho ante Dominicam Quinquagesimae proximo Anno Domini 1640

## Pęskie Glemboki stok Donatio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Generosus Matias Pęski olim Generosi Hieronimi Pęski filius in Pęskie Glemboki stok haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisque per expressis recognovit, quia Generoso Nicolao Pęski fratri suo germano et ipsius haeredibus successoribus bona sua omnia mobilia et immobilia in haereditate villae Pęskie Glemboki stok consistentia super se recognoscentem post olim Generosos parentes suos utrosque et olim Generosum Alexandrum Pęski fratrem suum germanum ...... et alias quasvis personas iure naturali successionis et quovis modo ac iuris titulo

...

50605

Cum Curiis praedijs aedificijs omnibus parvis et magnis areis hortis agris pratis campis silvis rubetis borris alvearijs piscinis molendinis et eorum molitis fluvijs subditis eorum laboribus pactis proventibus tam substantiae et supellectili domestica censibus decimis laboribus obedientia universa cunctisque aliis et singulis utilitatibus fructibus proventibus attinentibus nec non cum omni jure dominio proprietate propinquitate ac titulo haereditario nihil sibi ibidem nec suis successoribus aut alij cuipiam reservando sed prout praefata bona in suis metis et limitibus extendunt et prout eadem bona tenuit habuit et possidebat pura mera sincera ac irrevocabili donatione dedit donavit et inscripsit perpetuis temporibus Cui jam ex nunc introitum realem tam actualem ac pacificam possessionem per ministerialem Regni generalem et nobiles duos acceptandam dat et admittit submittendo se cum suis successoribus de omnibus bonis memoratum donatarium et eius posteros cavere praefatosque ab omni impedimento juridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum cuiusvis sexus status ac conditionis existentium per et ultra dictas praesentes tenere defendere evincere tueri et sibi ipsi et per sub dictas personas non turbare imo ea bona seu aliquam eorum partem ab omnibus oneribus juribus inscriptionibus quibusvis prioribus et posterioribus praesentibus factis et faciendis citationibus importatis et importandis exonerare semperque munda et libera facere sub damnis tunc similiter taxatis et dicendis de coram officio praesenti Castrensi Branscensi in primo eiusdem termino peremptorie rationis omnibus contra exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus quibusvis actionibus ac eorum prorogationibus aliisque in universum juris remedijs et defensis ac legalibus impedimentis etiam de jure concessibilibus de quibus successores sui abrenuncando et abrenunciando.

Actum in Curia Regia Branscensi Feria Secunda post Dominicam Quinquagesimae proxima Anno 1649

Perka / Quietatio

Comparens personaliter coram officio praesenti Nobilis Calixtus Casimirus Krzyzewski sanus mente et corpore existens palam et libere recognovit ... ... Nobilem ... ... Mariam Perkowska de ... ... ... ... ... ... ... et ... inscriptionem cassat.